

Sermo xxi

Qui tenuerit eam beatus. Rogemus dominum ut det nobis quod possimus sanctam penitentiam nobis associare et eam usque ad mortem tenere ita quod post mortem valeamus celi gloriam obtinere. Quod nobis prestare dignetur qui est benedictus in secula.

Feria quarta post innocencium.

Accesserunt ad iesum scribe et pharisei dicentes. Magister vo. a. te. si. vi. x. Mat. xij. Quia sicut sepe dicitur verum est quod tempus vite nostre est tempus misericordie sed precipue tempus quadragesime quod est ad hoc ab ecclesia dei voluntate institutum christi ieiunio et penitentia consecratum longa consuetudine observatum. ideo ne peccator excuset se per ignorantiam continue in officio ecclesie tam in epistolis quam in euangelis provocamur et invitamur ad penitentiam. Non sciendum est quod euangelium hodiernum inducit nos ad penitentiam diligenter faciendam conservandam propter quinque. Primo ex tempore christi quod fecit penitentiam pro peccatis nostris diluendis et pro nobis de penitentia informandis. Secundo ex tempore prophetarum quod ad unam predicationem Iohanne fecerunt penitentiam. Tercio regine austrie quod venit a finibus terre audire sapiam salomonis. Sapia vero salomonis. id est christi est ad hoc principaliter ut peccator penitentiam agat et penitentiam non relinquat. Quarto ex consideratione damni et periculi quod incurrit quod penitentiam amiserit. quia diabolus super eum maiorem preterit recipit et ille magister. difficultate penitentiam relinquit. Quinto ex utilitate imo nobili dignitate quam peccator per penitentiam acquirit. quia mater sororum et frater christi efficit. hec omnia continentur per ordinem in euangelio. licet aliquantulum obscure. videam ergo historiam. Dicit beatus Mat. quod cum dominus iesus quadam vice predicasset in magna populo quidam scribe. id est doctores iudeorum et pharisei quod maiores et sanctiores reputabant a populo. finita predicacione dixerunt sibi coram omnibus. Magister vo. a. te. si. vi. Magistram noiant eum non quia velint esse discipuli eius. aut quia reputent eum sapientiorē se. sed ut alliciant eum ad consentiendum sue petitioni. Non solum adulationis fuit quod super modum displicet deo. sed isti quia erant inimici et persecutores christi non volebant videre miraculum a christo fieri ea intentione ut ex hoc quatererent aut christus magnificaret. sed si non faceret detraxerent miraculo. modo non mirentur aliquid si huiusmodi inimicos et detractores quam filii dei in predicacionibus et miraculis et sanctis operibus detractacionibus liber non fuit. Dominus vero cognita sic decet nequicia illorum miraculum non fecit sed dirigens sermonem suum ad populum vituperavit eos dicens. Genatio mala et adultera signum querit. hoc est dicere. societas ista scribarum et phariseorum mala est. quia me persequitur ex invidia et sunt pleni avaricia et delectantur inani gloria. Et est etiam hec societas adultera sic eam vocat. quia iudei erant quod per fidem deo ei